



102

16

I. N. S. S. T.

PHRASEOLOGIAM
SACRAM,

EX I. COR. II. 13.

petitam

MODERANTE

PATRONO *Suo Inestimabili,*

VIRO

*Maximè Reverendo, Magnifico, Amplissimo
atq; Excellentissimo*

DNO. JOHANNNE
DEUTSCHMANNNO,
Doctore ac Professore Theologo

Incomparabili, Alumn. Elector. Ephoro Vigi-
lantissimo, nec non Venerandæ Facult. Theol.

h. t. DECANO Spectabili,

Ad diem XXIX. Januarii,

Anno M. DC. LXXXVII.

Placidæ *θεολογῶντων* disquisitioni
subjiciet

M. JOHANNES Dünnehaupt/

Qvedlimb. P.L.C. Alumn. Elector.

& S. S. Theol. Studios.

WITTENBERGÆ, Literis JOHANNIS WILCKII.



PHILASIOLOGIAM
SACRAM.

EXCOR. N. 11

MODERANTE

PATRONE NO. 11

VIRO

Maximilianus, Augustus

et excellentissimo

DNO. JOHANNI
DEUTSCHMANN

Doctore ac Professore Theologo

in Universitate Lipsiensi

et in Academia Theologica

in Lipsia

et in Academia Theologica

in Lipsia

et in Academia Theologica

in Lipsia

M. JOHANNIS DEUTSCHMANN

God. A. L. C. Lipsiae

8. 2. Theol. Lipsiae

PRINTED AT THE PRESS OF JOHANNES WILHELM



(o)

IN NOMINE JESU!

DE PHRASEOLOGIA SA-
CRA,

EX I. COR. II. v. 13.

Textus Authenticus.

Ἄ ηὐ λαλῶμεν σοφίᾳ ἐν διδασκαλίᾳ ἀνθρώπινης σοφίας λόγοις, ἀλλ' ἐν διδασκαλίᾳ πνεύματος ἁγίου πνευματικοῖς, πνευματικῶς συγκρίνοντες.

Latinus Vulgatus.

*Loquimur non in doctis humane sapientie
verbis, sed in doctrina Spiritus: Spiritualibus
spiritualia comparantes.*

Versio Germanica B. Lutheri.

Wir reden nicht mit Worten/welche Menschliche Weisheit lehren kan/sondern mit Worten/die der Heilige Geist lehret/ und richten geistliche Sachen geistlich.

Explicatio Textus.

Magnum DEI bonum est loquendi privilegium. Nulla per universum rerum circulum creatura mundana reperitur, quæ loquendi potestate polleat, præter hominem. Homo solus gaudet interno λόγῳ, qui dicitur ἐν Δεῖ θελ, solus gaudet externo λόγῳ, qui vocatur ἐξ ὀφθαλμοῦ, ille dicitur mentis, vel cordis, hic oris, ille rationis est, hic orationis, ille conceptus, hic effatus, ille mentalis cognitionis, hic oralis communicationis, ille subjecto proprius est, & immanens, hic certo modo communis, & ad alios transiens. In utroq; λόγῳ Deum Creatorem homo, cum Angelis non inconvenienter æmulatur.

A

Nam

DE PHRASEOLOGIA SACRA,

Nam datur *Dei sermo*, datur *Angelorum sermo*, datur *humanus sermo*. Nos modo de *sermone divino* potius, quam *humano* solliciti sumus, quia $\pi\epsilon\omega\tau\omega\varsigma$ *divinum*, $\delta\epsilon\upsilon\tau\epsilon\gamma\omega\varsigma$ *humanum*, in *Mysteriis Theologicis* tradendis, juxta *praxin Paulinam*, respicere debemus.

2. Probat hoc (1) *divina $\pi\epsilon\omega\tau\omega\varsigma$* , quia *Deus* propterea *verbum suum* de *Mysteriis regni caelorum* manifestavit, ut *nim.* homines eodem ad *rerum Theologicarum* traditionem & cognitionem potissimum uterentur. (2) *Prophetarum & Apostolorum $\pi\epsilon\omega\tau\omega\varsigma$* , quia *Propheta* cum *Apostolis* hominibus non *suum*, sed *Dei verbum* praedicarunt, & *literarum monumentis* ad omnem posteritatem propagarunt, ut *nim.* ab omnibus, in omnibus locis, omnibus temporibus, in omnibus exercitiis *Theologicis*, potissimum adhiberetur. (1) *Verbi Quercus*, quia *verbum Dei* lux, lumen, & lucerna, *Psal CXIX. 105* quod *mentes nostras tenebricolas illuminare* potest, & *actu* pariter *mentes*, etiam *parvulorum*, ad cognitionem *doctrinae* percipiendam, alias minus idoneorum, *illuminat* *Psal. XIX. 9.* est *canon*, vel *norma doctrinae caelestis* v. *Gal. VI. 16.* *Phil. III. 16* est *forma*, vel *τυπος* $\delta\iota\delta\alpha\chi\eta\iota\varsigma$, *Rom. VI. 17.* est *limpidissimum speculum* *I. Cor. XIII. 12.* in quo *Deum & omnia mysteria divina* luculenter intueri possumus: est *scala caeli* *Gen. XXIX.* per quam in *caelum* ad *Deum* adscendimus: est *Turris David* *Cant. IV. 4.* a qua *mille chypei* dependent: est $\pi\alpha\upsilon\lambda\iota\alpha$, sicut patet ex *Christi Promachi*, vel *pugnantis* exemplo *Matth. IV. 3* seqq. &c. imò $\pi\alpha\upsilon$ est *fidelibus Christianis*, probatisq; *Theologiis*, *Spiritus & vita* *Job VI. 63.* *divitibus* *Rom. I. 16.* $\lambda\omicron\gamma$ $\epsilon\gamma\omega\upsilon\upsilon$ *Heb. IV. 12.* *Thesaurus Thesaurorum* est. Ego dicit *Chrysol.* hom. 11 in *Genes.* *Omnes vos obsecro, ne simpliciter ea quae in scripturis sacris contenta sunt, transeat.* Nihil enim hic scriptum est, quod non *multas sensuum* habeat *divitias*. Quandoquidem *divino spiritu* afflatus *Propheta* lotus fuit, ideo uti à *Spiritu* scripta *ingentem* in se continent *thesaurum*. Et ne *mineris*, quod in hac *Nominum* enumeratione *multas*, *latentesq; divitias sententiarum* vobis *me* *offensuras pollicear*. Neq; enim *vel Syllaba, vel apiculus* est in *Sa-*

EX I. COR. II. 13.

eris Literis, in cuius profundo non sit grandis quispian Theſaurus.
 (4) Theologorum ζήτησις, quia cuncti veri Theologi ſemper hoc
 potiffimum medio, Dei verbo, nim. ad intelligendas ſcripturas,
 & percipiendas verbi doctrinas utuntur. Verbum Dei medium
 eſt Spiritus, quo Spiritus ſanctus communicatur; Verbum DEI
 Spiritus ſancti medium eſt, per quod in cordibus noſtris ipſe,
 cum veritatis notitiam, tum pietatis energiam operatur. Hinc tum
 Spiritus ſancti λόγος, tum Φεγίσις accurate notare debemus.

3. Recte namq; ſcribit B. Hunnius in Comment. I. Corinth.
 ad noſtrum Oraculum loc. 10. *Mysteria Dei, quia terrena,
 aut humana non ſunt, idcirco neq; verbis ad ſapientiam
 humanam conformatis, ſed CONGRUO DICENDI GENE-
 RE, SIMPLICI videlicet, PLANO & POPULARI proponen-
 da ſunt, preſertim coram rudi populo. Quia in re pre-
 untem ſibi habent Paſtores Eccleſiarum Chriſtum ipſum, per
 ſimilitudines familiares, atq; ruſticas, ſumma fidei cœleſtis
 arcana populariter enarrantem: Paulum item, qui, quæ
 donata nobis à Chriſto ſunt, tradenda monet, non ſermo-
 nibus, quos docet humana ſapientia; ſed quos donat Spiri-
 tus ſanctus: ſiquidem non in ſermone eſt regnum Dei, ſed in
 virtute I. Cor. IV. 20. Qua de cauſa I. d. Chryſoſtom. pergit: Non o-
 pus habet divina ſcriptura hominum ſapientia, ut intelligatur, ſed
 REVELATIONE SPIRITUS, ut hauſto inde vero ſenſu, magnum
 nobis hinc lucrum accreſcat. Theologus optimus, qui ſcrutatur ex
 mandato Chriſti, ſcripturas Job. V. 39. qui juxta ſcripturas, &
 Πνευματιολογίας accurate contemplatur. Nam,
 juxta B. Chemnit. p. 1. H. E. c. XI. ipſe Grammatica minutia non
 ſunt ocioſe. Qua de cauſa monet S. Chryſoſtom. d. 1. Intenta men-
 te diligenter omnia conſideremus, & non negligentiores ſimus aliis,
 quæ hoc ſtudio in prophanis utuntur. Enimvero, qui metulla effo-
 diunt, non in ſuperficie manent, ſed cum valde profunde descende-
 rint, & auri ramenta habere potuerint, magno labore & ſedulitate
 ea à terra ſeparant, poſtq; multum illum laborem, brevem aliquam*

A 2

labo-



DE PHRASEOLOGIA SACRA,

laborum inveniunt consolationem. Veruntamen licet hi sciant, quod saepe utilitatem percipiant laboriosus non respondentem, utpote minorem: & quod saepe post tot vigilas, & labores, etiam expectatione sua frustrentur, neque sic desistant, sed spe aluntur, & sensu laboris carent. Quod si illi tantum praeseferunt studium in corruptibilibus, interius, & caducis: multo magis addecer, ut nos, ubi divitiae auferri nequeunt, & thesaurus absumi non potest, & spe non aberratur, par, vel minus studium adhibeamus; ut hinc, aliquo fructu percepto, desiderata assequi possimus, agnitaeque ineffabili misericordia DEI gratias agentes Domino nostro, ejus nobis favorem conciliemus, & Diaboli retribus non illaqueemur. Dicimus igitur nunc eum eodem: Age ergo prolatis in medium, quae nunc lecta (vel à Paulo dicta) sunt, diligenter singula perscrutemur, ut solita refocillati doctrina, domum iterum concedatis, vel perfectiores inde reddamur.

4. Quod autem suo modo Paulus in hoc Oraculo nostro respiciat *Phraseologian*, verba conjuncta, seu Genus ipsum dicendi Theologicum, probamus (1) ex verborum sono, quia loquitur Apostolus in plurali, λόγους: conjuncta verba *phraseologian* pariunt, & dicendi Genus constituunt. (2) ex verborum objecto, quod est ipsa doctrina: jam doctrina perfecta, aequalis est Apostolorum vel Theologorum, non est uno, vel altero vocabulo contenta, nec absolvitur simplicibus dictionibus, sed necessario *Phraseologian*, & certum, vel accommodum dicendi genus requirit. (3) Ex oppositionis indicio, quia Paulus hic ἀνθεωπίνην σοφίαν, & ἔπειμα] & διδασκαλίαν opponit: sicut B. Hunnius d. l. num 2. scribit: Paulus agit de duplici sapientia, quarum altera alteram stultitiae arguit. Prior est DEI, posterior mundi. Sapientia mundana quidem latent in natura semina quaedam, & excitantur, ac confirmantur illa ingenii dexteritate, institutione, doctrina, & quotidiani usus exercitatione. Quo ipso tamen in summo suo cellissimo gradu, nec Deum in Essentia, & voluntate, nec Christum in persona, & officio suo agnoscit. Sapientia DEI

au.

autem est, & dicitur in *mysterio*, quam nemo *Principum* seculi hujus assequi valebit, ut quæ neq; natura nota est, nec ulla humana institutione extra verbum addiscitur. Quod præter *Apostoli* assertionem *Salvator* ipse confirmat *Matt. XI.* & *Petro* dicit *Matt. XVI.* *Caro & sanguis non revelavit tibi, sed Pater meus, qui in caelis est.* Jam nec humana sapientia nudis proponitur, vel addiscitur *vocabulis*, sed *integros sermones* requirit: multo magis hoc de *cælesti doctrina* dicendum. (4) *ex Apostolico, vel Theologico judicio*, quia *Paulus* hic etiam *συνεργῶν* exigit: jam autem talis *συνεργῶν* sine *collatione*, vel etiam *integri sermonis constructione* fieri nequit. (5) *Ex interpretum calculo*, quia vel omnes, vel pleriq; juxta *textum* hunc, ad *sacrum dicendi genus* respiciunt, adeoq; *Phraseologian* certam attendendam esse volunt.

5. Ostendit autem *Apostolus* in hoc *Oraculo* nostro (1) *Sacra Phraseologias Efficientem*, *καλῶν* () *Causam Formalem* in eodem verbo cum relatione ad *materiam*. à (3) *Causam Materialem*, quæ tum *negative* declaratur *ὅτι ἐν διδακτικῇ ἀνθρώπων σοφίας λόγος*: tum *positive*, *καὶ ἐν διδακτικῇ πνεύματος ἀγίου*. (4) *Causam Finale*, *πνευματικῶς πνευματικῶν συνεργούντων*.

6. Quod igitur concernit *Causam Efficientem*, *Paulus* loquitur *pluraliter* *καλῶν*, adeoq; *pluralitatem* etiam aliquam subinnuit. Notamus hinc (1) *Phraseologias Theologica Causam Principalem*, quæ nec est, nec esse potest alia, quam ipse *Deus*, & hic etiam, juxta præsens caput, non uno modo *causa Phraseologias sacæ & Principalis* constituitur, sed (1) *ἑσπεδῶς*, quod confirmatur (a) *ex divina testificatione*, quia verbum, vel eloquium *Pauli testimonium* est *DEI*: *Testis est Deus Pater Job. V. 32. 37. Matt. III 17. XVII 5. Testis est Deus Filius Apoc. I 5. Testis est Deus Spiritus S. Job. XV. 26.* adeoq; *testimonium* est *totius Deitatis*: *Deus* autē *verbis non alienis*, sed *propriis testimonium* perhibet, cum ab alio nihil accipere possit. (2) *ex Theologia preparatione*, quia *Theologia*, tanquā *sacrosanctam σοφίαν*, ὁ *θεὸς preparatione* cōstituit, quia *Deus ante secula preparavit* hanc nostram *Theologiam* v. 7. Jam ante secula nemo *verba*, vel *modum loquendi* *Deo* suppedi-

DE PHRASEOLOGIA SACRA

tare potuit, quia nemo præter Deum extitit, solus igitur Deus veræ Phrasæologia Theologica principalis autor est. Conf. v. 9. Item Diss. I. lib. 55. seqq. p. 40. (3) Ex τῶν βῆθων τῆ θεῆ consideratione, quia ἡ βῆθ τῆ θεῆ v. 10. h. e. mysteria, de nostra salute revelata, sunt communia Patri, Filio, Sanctoq; Spiritui, verè proinde dicuntur Essentialia Deitati, quia cum primis ad extra respiciunt: hæc autem ἡ βῆθ τῆ θεῆ, nemo præter Deum à priori cognovit, nemo præter Deum convenienti Phrasæologia primitus exponere potuit. (4) ex divina donatione, quia Paulus immediate præcedentibus verbis testatur, quod propterea Dei Spiritum acceperint Apostoli, nim. ἵνα εἰδῶμεν τὰ ἑκ τῆ θεῆ χαρισθέντα, ut sciamus, quæ nobis à Deo donata sint, & statim subjungit Oraculum nostrum, ἀ καὶ λαλῶμεν, quæ ἔ loquimur, adeoq; sic demonstrat, quod & ἡ πρῶτα, & ἡ ῥήματα, sint Dei χαρίσματα, vel gratuita dona, quod verum est, & de mysteriis à Deo donatis, & de linguis, ac loquendi modis, à Spiritu S. donatis, quæ pariter verissima sunt Dei χαρίσματα, quia loquebantur Apostoli, sicut Spiritus sanctus ipsis dabat eloqui, Act. II. 4. Hæc autem charismata sunt totius Deitatis. (5) ex divina mentis attributione, quia mysteria Christianæ religionis Theologica dicuntur esse mentis divine, vel ipsa mens Domini, quæ ratione recte nuncupantur λόγος ἐν Δεῖθε DEI: λόγος autem ἐν Δεῖθε est antitypus λόγος τοῦ Θεοῦ, quia, qualis est mentis sententia, talis etiam debet esse phrasæologia, siquidem, juxta Philosophum, verba sunt Symbola conceptuum animi, vel externus sermo conformis esse debet interno verbo. Nec alius de mente Dei testari potest, nisi Dei verba, vel eloquia.

7. (2) Ἐπισημῶς, sic certo modo sacra Phrasæologia tribuitur (1) Deo Patri, cum quia Pater est ὁ Θεὸς προγοῖσας ante secula Theologicam sapientiam, & eloquentiam, v. 7. 4. cum quia Pater est ὁ Θεὸς ἐπιμαρτυρῶν v. 9. Matt. XXV. 34. cum quia Pater est ὁ Θεός, qui per Spiritum suum Apostolis cuncta revelavit, & verbis per eosdem pronunciavit v. 10. Matt. X. 20. Confer. hic v. 12. & 13. cum quia Pater est κύριος, vel Dominus, cujus mentem

cogno-



EX I. COR. II. v. 13.

cognoscere debemus v. 16. (2) Deo Filio, tum quia Theologia nihil aliud est, quam sapientia in mysterio Christi v. 7. Hic igitur talia mysteria, seu λόγος nobis ἐξηγήσατο, vel enarravit, vel explicavit, vel in his Exegeta, seu Doctoris munus administravit, Job. I. 18. plenus gratia & veritatis v. 14. ita quidem, ut ex eius plenitudine, tum Apostoli, tum alii fideles gratiam pro gratia, gratiam veritatis Theologica, gratiam sapientiae Theologicae, gratiam eloquentiae Theologicae, largiter accipiant v. 16. tum quia ἡ δὲ ἰσχυρὰ τῆς λέξεως, partim quoad eloquia, partim quoad mysteria sunt in Christo, v. 10. cum in ipso sine omnes thesauri sapientiae, & scientiae divinae, nostrum in usum, absconditi Coloss. II. 3. tum quia Theologia nostra dicitur ἡ γλῶσση τοῦ κυρίου, Mens Christi, mentem sequitur lingua, linguam sequuntur eloquia: Sic Christus est Orator SS. Trinitatis à priori, dum nomine SS. Trinitatis, tanquam Orator Theologus, ad homines venit, & à posteriori dicitur Orator Theologus in Apostolicis, & in aliis Doctoribus, quia loquitur ad ipsos, sicut hoc per omnes dies suae praedicationis ipsemet actu demonstravit, cum ipsis Matt. XXIII 20. Apoc. IV. 1. in ipsis Zach. I. 13. per ipsos Act. I. 3. c. XV 7. &c. (3) Deo Spiritui sancto, tum quia sermo, vel praedicationis Apostolorum fuit in ostensione Spiritus v. 4. tum quia Spiritus omnia scrutatur profunda Dei, quoad mysteria Theologiae, nobisq; per eloquentiam divinam revelat v. 10. tum quia hoc v. 13. disertis verbis Spiritus sancti fit mentio; tum quia tam phraseologia, quam pragmatologia rerum & mysteriorum spiritualium dicitur esse Spiritus v. 14.

8. (3) ἰδιον ἐκτείνων, appropriative, sic extra dubium Spiritus sanctus sibi phraseologias Theologicae causalitatem peculiariter appropriat, tum ex oppositione, quia Paulus expressis verbis testatur, *versic. praeced.* quod non Spiritum mundi, sed Spiritum Dei, non spiritum humanum, sed vere, mereq; divinum acceperint, hic autem est Spiritus sanctus, ab hoc scum habent Apostoli ministerium II. Cor. III 8. suum eloquium, Act II 4. suae revelationis & cognitionis promtuarum h. l. v. 10. suae praedicationis exer-

DE PHRASEOLOGIA SACRA

exercitium, quæ nobis à Deo, vel quoad Phraselogian, vel quoad pragmatologian, donata sunt, EA LOQUIMUR, h. l. tum ex relatione, quia Paulus in Oraculo nostro verbis expressis omne suum eloquium ad Spiritum sanctum refert, quod non loquatur in dotis humana sapientia verbis, sed quæ docet ipse Spiritus sanctus; tum ex objecti totalis introductione, quia sui ministerii totale, vel adæquatum objectum vocat hoc v. 13. πνευματικά, quod spiritualia spiritualibus comparentur; & τὰ τῶν ὑμῶν v. 14. adeoq; nō tantum ad Spiritus materiale, vel Theologicam sapientiam, sed etiam ad externum formale, vel ad Theologicam eloquentiam adæquatè respicit, & utramq; Spiritui sancto, tanquam Autori Principali tribuit, sicut Christus etiam huic & τὸ πῶς, & τὸ τί Matt. X. 20. disertis verbis tribuit.

9. (2) *Phraselogias Theologica Causam Ministerialem, λαλῶμεν, inquit Paulus: loquitur (1) in persona prima, quæ ratione semetipsum tanquam Oratorem, & Verbi, vel præconi divini Ministerium introducit. (2) in numero plurali, quo pacto respicitur tum ad alios suos Collegas, & Apostolos, quia nonnullis Ministerium commissum erat inter Judæos, nonnullis inter Gentes Gal. II. 8. tum ad alios suos Symystras & Comites, in Ministerio sibi collaborantes, quæ ratione Sosthenem fratrem in subscriptione sibi conjungit c. I. 1. cum quo communi quasi nomine loquitur in hac Epistola: sic etiam in conversione, vel prædicatione Corinthiaca secum alios habuit Act. XVII. 1. 2. 5. XIX. 1. 12. &c. tum alios illius temporis Doctores, qui tempore Pauline prædicationis actu λαλῶντες, vel loquentes erant. (3) in presenti, λαλῶμεν, adeoq; non ad sua modo tempora respicit Paulus, sed omnium etiam temporum præcones intelligit, qui, juxta voluntatem Dei, semper, omnibus seculis, atq; temporibus de presenti, vel in templis Mystera regni cælorum proponunt, vel in Academiis, & Scholis, Theologiam secundum verbi Dei normam exponunt.*

10. (3) *Phraselogias Theologica causam Instrumentalem, quia τὸ λαλεῖν in N. T. frequentissime de Verbo DEI legitur adhibitum (1) respectu DEI Patris loquentis Luc. I. 54. Suscepit (Pater) Israel*

Israel puerum suum memorari misericordie sue, v. 54. sicut ἡ λαλῆσι.
locutus est ad Patres nostros, Abraham, & semini eius in secula. (2)
respectu DEI Filii loquentis, sicut plurimis in locis apud Evan-
gelistas omnes de Christo predicante reperitur, & eidem, tan-
quam Propheeta Magno, tribuitur Act. III. 22. Moses dixit: Quo-
niam prophetam suscitate vobis Dominus Deus vester de
fratribus vestris, tanquam me ipsum audietis, juxta omnia,
qua λαλῆσι locutus fuerit vobis. (3) respectu DEI Spiritus sancti,
Matt. X. 20. Luc. I. 70. (4) respectu Angelorum, Dei verbum an-
nunciantium Luc. I. 19. 45. c. II. 17. (5) respectu Virorum θεοπνεύ-
στων, nim. Prophetarum Luc. XXIV. 25 Apostolorum, Act. II. 4. 5. 7.
II. &c. & aliorum, Simeonis, Hanna & multorum prophetantium,
& redemptionem Israel expectantium Luc. II. 33. 38 &c. Et sic etiam
Verbum DEI, cum V. cum N. T. medium est phraseologias Theo-
logicae, sicut Petrus I. Epist. IV. II. luculenter ostendit, εἰς ἡς λαλῆσι
si quis loquitur, nim. de mysteriis Theologiae, loquatur ὡς λόγια
θεοῦ, ipsa verba Dei, ex verbis DEI, de verbis DEI, secundum verba
DEI &c.

11. Ab Efficiente Causa nunc ad Formalem convertimur, quae
pariter ἐν τῷ λαλῆσι consistere dicitur: siquidem τὸ λαλῆσι vel
consideratur, quoad causalem actum, sic est active Loquentis, vel
ipsius Oratoris, sive sit Principalis, sive Ministerialis, & per actum
locutionis exprimitur, adeoque sic ad Efficientem causam refertur:
vel consideratur, quoad formalem statum, sic est quidditative, vel
constitutive sermonis, vel ipsius locutionis, notatque loquele statum,
& ad causam formalem non immerito reducitur.

12. Quod autem τὸ λαλῆσι h. l. formam notet, probatur (1) Ex
forme requisitis &c. Nam τὸ λαλῆσι dat Esse, dat distingvi, dat
openari: dat esse, quia per locutionem verba sunt, & phrases, vel e-
tiam Omissiones, quod sunt: dat distingvi, quia per locutionem Ora-
tio dicentis distingvitur, tum à priori, nim. à conceptu, vel cogita-
tione, seu meditatione mentis, dum haec mente concipitur, sed ex-
terius auribus non excipitur, illa mentibus per conceptum impri-
mitur, haec per effectum exprimitur, illa contemplationi dicatur,

B

h. c. c.

DE PHRASEOLOGIA SACRA

hac auscultationi consecratur &c. tum à posteriori, quia locutio
κατ' ἐξω operatur, quod certe per internum λόγον fieri nequit,
dum cognitio, vel etiam intentio, mente retenta, non dicitur ex-
terius operari; tum ab actu, vel etiam scripto, quia scriptum for-
maliter dictum non est, cum scripta symbola sint dictorum, sicut
dicta symbola sunt conceptuum: neq; dictum apud homines sim-
pliciter est factum, licet hoc post se requirat, juxta Germanorum
proverbium: Ein Wort ein Wort/ein Mann ein Mann.
 (2) *ex formæ principis, quia notum est, quod ab Efficiente causa*
communiter forma promanet, adeoq; sic immediatus Efficientis
causæ, vel effectus, vel energia, seu proles: jam locutio præsens im-
mediatè, tum ab Efficiente principali, tum à Ministeriali, tum ab
instrumentali promanet, quod multa non opus habet vel expli-
catione, vel demonstratione, cum per se manifestum sit, loquutio-
nem à loquente promanare. (3) ex formæ propriis officiis, quia for-
ma dicuntur, officia materiam informare, animare, vivificare, de-
terminare &c. hæc omnia de locutione Paulina sunt ex textu cla-
rissima. Nam locutio Paulina doctrinales Theologiæ Phrascolo-
gias informavit, & ad artificiosum Concionis, vel Orationis stru-
cturam revocavit, adeoq; sua cōcinna formatione, vel informatio-
ne, nō inconvenienter ad justam Orationis formam eas coordinavit:
& hæc etiam est anima, qua phrasologia doctrinales animata
sunt, virtute divina vivificata, & ad corpus Didacticum & con-
formata, & determinata. (4) Ex formæ propriis indicis, quia for-
ma dicitur indicium sequi causam efficientem: hæc præsens for-
ma sequitur causam efficientem, tum principalem, tum Ministeria-
lem, tum instrumentalem: indicium pariter formæ materiam
actuare, vel informare, vel actualiter respectu materia se habere:
sic etiam forma præsens, nim. Apostolica locutio, materiam se-
quentem actuat, & informat: indicium deniq; formæ, ratione di-
gnitatis, materiam, & ratione quidditatis, finem præcedere: sic eti-
am forma præsens, & præcedit materiam, quatenus promanet ab
efficiente causa principali, nim. Deo glorioso, qui causa princeps
est; & præcedit finem, quatenus promanet à causa, tum principali,
tum

tum ministeriali, quia nisi divinum Apostolorum, & aliorum Doctorum preconium præcederet, neququam iudicium spirituale succederet.

13. Post formalem Causam etiam Materialem aggredimur, quæ pariter ab Apostolo verbis emphaticis exhibetur, & quidem tum negative, *ὅτι ἐν διδασκαλίαις ἀθεωπητῆς σοφίας λόγοις*; tum positive, *οὐδὲ ἐν διδασκαλίαις πνεύματος ἁγίου*, non in doctrinalibus humana sapientia, sed in doctrinalibus Spiritus sancti sermonibus, ex quibus Conciones Apostolicæ formantur.

14. Primum negative Paulus procedit, quod non loquatur in doctrinalibus humana sapientia sermonibus, adeoq; removet (1) *Phrasologiam humana sapientia naturalem*, quatenus per veram sapientiam, & imaginis divinæ reliquias, ad notitiam DEI naturalem contendit. Hæc enim sapientia naturalis nihil quicquam de Christo, de mysteriis regni gratiæ, de mediis salutis, nostræ reparatione, vel aliis spiritualibus novit. (2) *Phrasologiam humane sapientia animale*, quam in v. 14. mox Apostolus profus ineptam esse dicit, quia *ψυχρὸς*, vel animalis homo, qualis nunc post lapsum est, etiam quoad animam rationalem, non percipit ea, quæ sunt Spiritus Dei, stultitia sunt ipsi, neq; talia percipere potest, cum spiritualia non sint animalia, nec animalia sint spiritualia, siquidem animalia sunt naturalia, spiritualia sunt supernaturalia: naturalia verò supernaturalia nec allegare, nec impetrare, nec penetrare, nec æstimare, nec iudicare &c. possunt. (3) *Phrasologiam humana sapientia carnalem*, quia *σαρκενὸς* homo corruptus homo, cum prudentia carnis sit inimicitia contra Deum Rom. II. 7. & caro semper adversus Spiritum concupiscit Gal. V. 17. adeoq; cum Spiritu consentire nequit: hæc Apostolica verò, cum spiritualia sint, certè carnalia neququam esse possunt.

15. Positive pariter Apostolus Materiam exponit, quæ ratione nostras meditationes ad tergeminam Materiam Distributionem accommodabimus, cum alia materia sit ex qua, alia sit in qua, alia circa quam, cum primis quia Paulus non dat nullam ad has meditationes occasionem.

DE PHRASEOLOGIA SACRA

16. Nam quod attinet *Materiam ex qua*, dicit Paulus, quod *Doctores*, vel *Theologi*, loquantur ἐν διδακτικῶν λόγων, in didacticis sermonibus: in plurali loquitur de hac materia, qua ratione luculenter ostendit, quod ex pluribus phrasibus, vel loquendi formulis consistit, adeoq; partiales loquendi formulæ, vel etiam partes concionis materialiter constituunt, & materialiter absolvunt totam concionem. Sic ad materiam ex qua requiruntur λόγοι, qui non inconvenienter considerari possunt: (1) ratione materialis quidditatis, quia quidditativa sunt verba, sunt phrasæ & partiales orationes, & quidem non ἁπλοῦς v. 12. non ἀνεπίσημος, vel etiam ἀνεπίσημος ὁ λόγος v. 13. sed potius πνευματικὸς λόγος, ibid. quæ sunt à Spiritu, tanquam Efficiente, in Spiritu tanquam principio conservante, vel sustinente, per Spiritum, tanquam principio formante, vel operante, ad Spiritum, tanquam principio terminante, ad spiritualia dirigente, & mediante Verbo totum hominem spirituales reddente: Sic igitur quoad Essentiam Oratio Verbi Dei tota spiritualis est, imò Spiritus & vita Job. I. 63 (2) ratione materialis quantitatis, quia sunt λόγοι pluraliter, numero plures, & quoad mensuram, ad justam Concionem, vel plenam informationem, exerescentes. (3) ratione materialis qualitatis, quia sunt ὁσάντων λόγους, non nude verbales, sed vere reales, non doctrinarum expertes, sed doctrinis maxime polentes, non inutiles, sed utiles, non otiosi, sed operosi, non frustranei, sed fructuosi, non humane, vel mundane, sed divine sapientiæ, non animalis, sed spiritualis intelligentiæ, quia juxta Paulum, sunt Oracula Didactica, non humane sapientiæ, sed ipsius Spiritus sancti, cujus immensa gratia nescit vana, vacua, tarda molimina, sed imperat omnia, penetrat intima, generat optima, conciliat maxima, confirmat & conservat salutaria.

17. Materiam in qua Paulus etiam ostendit, quia dicit ἐν διδακτικῶν λόγων πνευματικὸς λόγος, vel in Didacticis Oraculis sancti Spiritus, omnem suam vel locutionem, vel predicationem, vel informationem subsistere, quibus verbis ostendit, tum Subjectam primarium, quod est ipse Spiritus sanctus, quia nec in spiritu vano, qui vana saltem respicit, nec in spiritu mundano v. 12. nec in spiritu

ua-

Vago Eph IV. 14. nec in spiritu haretico, nec in spiritu Diabolico, nec in Spiritu vel animali, vel humano v. 14. sed tantum in Spiritu sancto phraseologia Theologica subsistit. Hic est Unicum, ex quo solo hæc phraseologia desumitur, inimum, in quo fundamentaliter invenitur, optimum, in quo tantum bonæ, vel rectæ phraseologiæ reperiuntur, Maximum, quod ubiq; nobis obvium & præsens dicitur, continuum, quod indefinenter suggerit, & ingerit $\epsilon\pi\alpha\nu\theta\epsilon\iota\sigma\mu\epsilon\nu\ \delta\gamma\mu\alpha\sigma\tau\omega\nu\ \lambda\omicron\gamma\omega\nu$ II. Tim. I. 1. perpetuum Subjectum, quod nunquam deficit &c. In Spiritu nobis parata sunt omnia rerum Theologicarum Oracula, quia dicitur inexhaustus *Mysteriorum*, & *Oraculorum Veteris*, & *Novi Testamenti Thesaurus*, & *Thesaurarius*. Tum *secundarium*, quod est ipsum *Verbum Dei*, nobis in factis literis propositum, quod est *verum genuinum, catholicum, canonicum, æquatum* &c. *Subjectum*, omnis *Theologica phraseologia*, omnium *Didacticorum Oraculorum* in *Theologia*. Tum deniq; *Subjectum Oeconomicum*, quod *Paulus* est, & omnis alius *Doctor* manet verus *Theologus*, quando nim. juxta textum, est & loquitur in *Didacticis* $\lambda\omicron\gamma\omega\iota\sigma$ *Spiritus sancti*, sicut *Paulus Timotheum Theologum* exhortatur II. Tim. III. 14. *Tu vero permane in his, quæ didicisti, quia ab infantia sacras literas nosti.* Conf. v. 15. 16. I. Tim. IV. 16. *Optimus Theologus*, qui semper loquitur in *Spiritu S.* tanquam *subjecto primario*, semper loquitur in *Dei verbo*, tanquam *subjecto secundario*.

18 Neq; *Textus* noster *Materiam circa quam* negligit *phraseologia Theologica* quia *personale*, quod vocatur, *implicite*, sed *objectum reale* verbis *explicitis* introducit. *Objectum personale* dicitur h. l. vel *immediatum*, quod sunt *Corinthii*, quia modo *Paulus Corinthiis* $\text{hos } \lambda\omicron\gamma\omega\iota\sigma\text{ } \text{sancti } \text{Spiritus}$ proponebat, & per eos *veram fidem*, & *Christianam vitam* iis inculcare, vel ad *salutem* eos informare volebat: & dicit, *quæ loquimur scilicet vobis*; vel *mediatum*, quod *est* sunt *Omnes Ecclesie Veræ Cives*, *potentia*, vel *de jure* sunt omnes *homines*, quia *de jure* cuncti homines per *Theologicam Phraseologiam*, vel *Oracula Spiritus sancti* deberent *informari*, quod *vobis dico, omnibus dico*, sunt verba *Salvatoris* *Matthæ XIII* ait quib; verbis *ordinarium*, & *liberum suum Ministerium*, quod probe notandum omnibus, concludere voluit.

DE PHRASEOLOGIA SACRA

19. *Objectum reale, tū indefinite, per pronomen à, & relativum, notatur, hoc ad precedentia potissimū respicit, & dicuntur ibidē Theologica Phraseologia Objecta: τὰ ἔθνη v. 11. Ἡ βίβλη τῶν βιβλίων v. 10. τὰ χαρισματα τῶν ἁγίων, quæ nobis à Deo donata sunt v. 12. quæ certe sunt objecta numero plurima, cum semper exprimentur in plurali numero, pondere gravissima, quia non possunt ad nostram salutem non penetrare, fructu maxima, quia fructus salutis salvat in tempore, durat in æternum, sunt omni ingenio, omni iudicio, omni eloquio, omni estimio superiora. Tam definite, quia diserte τὰ διδάσκαλα bis introducuntur, nim. semel negativè, vel remotivè, quia removentur à divina phraseologia, vel Oratoria Didactica mundana, vel humane sapientie qualia, tum attendit, tum intendit Spiritus mundi v. 12. semel positivè, vel affirmativè, quod Oratoria sacra tantum Didactica sancti Spiritus respiciat, vel Didactica sapientie spiritualis capita proponat.*

20. Deniq; nonnulla de *Causa Finali* subjiciamus, quando Paulus dicit, quod *spiritualia spiritualiter examinentur*. Verbum συγγενεῖς descendit à verbo συγγίνομαι, quod præter h. l. saltem bis adhuc in N. T. reperitur, & quidem in eod. loc. nim. II. Cor. X. 12. ubi citra dubium *comparare* significat, & ita quoque h. l. *Vulgatus* transtulit. Grotius h. l. vertit per *Exponentes*, scribens: *Exponentes ea quæ Propheta, Spiritu Dei acti, dixere, per ea, quæ Christus hoc Spiritu nobis aperuit: συγγενεῖς est ἔρως exponere Gen. XL. 8. 16. 22. XLI. 12. 13. 15. Dan. V. 13. 17. Quod ἑρως Gen. XLI. 12. ἔρως inde λύσις Eccles. VII. 30. quod συγγενεῖς Dan. II. 25. IV. 15. V. 28. ἔρως in eodem Dan. II. 4. 5. 6. 7. ἔρως alibi saepe. Prophetia enim non est ἰδίας ἑρως II. Pet. I. 20. Verum nec hic Apostolus ad nudam expositionem respicit, nec etiam solos Prophetas, vel Prophetias, intelligit, cum in contextu nulla Prophetarum, vel Prophetias, mentio fiat, nec ad explicationem scripture Paulus respiciat, sed potius de *predicatione spiritualium mysteriorum* convenienti verba faciat: neque simpliciter ad Doctores sermonem dirigit, qui sunt *scripturas exponentes*, sed & ad*

EX I. COR. II. v. 13.

& ad *Doctores*, & ad *Auditores*, hæc referre contendit, sicut ex *precedentibus*, & *sequentibus*, colligere licet; licet facile largiamur, quod *πρωτως* hæc ad *Doctores*, & loquentes pertineant, adeoq; *Grosiana* verborum declaratio non adeo bene verbi *sensum* attendit, & quoad *objecta*, sicut & quoad *subjecta* deficit. *Beza* reddit τὸ συνυγιοντες *conjugentes*, seu *adaptantes*: sed nec *analogia* reliquorum *N. T. locorum*, neque *scopus Apostoli*, nec alia *circumstantia textus*, nudam *conjunctionem*, vel *adaptationem* admittunt, unde *Pareus* ipse talem *expositionem* obscuriorem pronunciat. Hic per *conferentes*, vel *cooptantes spiritualia*, verba reddit. *B. Luther*, per *richten* exponit. *Vinarienses* addunt: Wir brauchen nicht Menschliche Weißheit / und Wolredenheit / die Göttlichen Geheimnissen zu lehren / sondern richten von geistlichen Geheimnissen nach der Regel / die der Heil. Geist im Wort uns für geschrieben / noch reden wir von geistlichen Geheimnissen mit solchen Worten / die der Heil. Geist lehret: adeoque hæc explicatio quoq; *comparationem* respicit. Conf. *B. Dn. D. Calovii Bibl. Illustr. ad h. l.* In hac *comparatione* respiciunt *Interpretes partim* ad *comparationem verbalem*, quoad *modum loquendi*, sicut *B. Balduinus* ad h. l. *Henningius* & alii: *partim* ad *realem* *comparationem*, nimirum *ratione mysteriorum Ambros. &c.* *partim* ad *verbalem* & *realem* *comparationem simul*, ut *B. Dn. D. Calovius*, *B. Dn. D. Olearius*, *Ostadius* & alii.

21. Hoc igitur *comparationis* *judicium*, vel *comparationis* *convenientis medium* *judicans*, satis accurate, per *Apostolum* describitur, tum quoad *efficientem*, quæ notatur per *συνυγιοντες*, per quos *Paulus* tum *se*, tum *suos Collegas*, tum *alios Doctores*, *Evangelii* *Doctrinam* *proponentes*, intelligit, tum etiam *Auditores* *doctrinam Evangelii* *percipientes*, probam *Spirituum*

DE PHRASEOLOGIA SACRA,

rituum suscipientes I. Job. IV. 2. & praconium Doctorum, tam
quoad ipsa verba, quam quoad realia, secundum exemplum
Berrbonsum cum scriptura conferentes Act. XVII. 11. qui ἑρ-
μῆαι λέγοντες ἀναγγέλλοντες appellantur.

22. Tum quoad Materiam, quæ notatur voce πνευματι-
κῆ, quia πνευματικῆ conferenda, vel comparanda dicuntur,
ad quæ Paulus in omnibus fere capitulis hujus versiculis respi-
cit. Hæc sunt: *Mysteria Spiritus* v. 12. quæ discretis verbis ob-
jectis Spiritus mundi contradistingvuntur, & opponuntur. Ut
igitur Spiritus mundi respicit & ducit ad objecta mundana, sic
Spiritus Dei ducit ad objecta divina. Præterea hoc loco πνευμα-
τικῆ dicuntur partim ea, quæ sunt à Spiritu S. causaliter, tum
quoad Spiritus scrutinium v. 10. tum quoad revelationis Of-
ficium ibid. tum quoad illuminationis, operationis, veracis
cognitionis beneficium v. 14. partim ea, quæ materialiter τὰ τῆ
πνεύματος inferunt v. 14. partim ea, quæ formaliter à Deo, vel
iplo Spiritu sancto per veram fidem donantur v. 12. partim
ea, quæ nos cum Spiritu sancto conjungere videntur, siquidem
Dei spiritum, vel Spiritum, qui ex Deo est, accepimus v. 12.

23. Tum quoad Formam, quæ per adverbium πνευματι-
κῶς exprimitur: πνευματικῶς autem συνηγοῦντες exprimi-
tur (1) Spiritalem motum, vel impulsum II. Pet. I. 21. (2) Spiritu-
alem ductum, Job. XVI. 13. (3) Spirituale donum, h. l. v. 12.
(4) Spiritualem stylum, Act. II. 4. vel loquendi modum. (5) Spiritu-
alem actum, qui Spiritus & mentem illuminat, & voluntatem
gubernat, & cogitationes internas ordinat.

24. Tum quoad metam, quia cuncta respiciunt, veram,
verèq; Theologicam σύνησιν, quam συνηγοῦντες & attende-
re, & intendere tenentur: & secundum alios respicit σύνησιν
Mysteriorum, secundum alios σύνησιν verborum; secun-
dum alios σύνησιν in modorum loquendi convenienti cum
mysticis rebus conjunctione, quæ certè dicitur & Doctoribus,
& Auditoribus, & maxime necessaria, & maxime congrua,
& maxime proficua.







85852

ULB Halle
005 363 56X


3



VD 77







Farbkarte #13

B.I.G.



16

S.S. T.
DLOGIAM
RAM,

DR. II. 13.
tam
RANTE
Suo Inestimabili,
RO
Magnifico, Amplissimo
lentissimo

HANNE
IMANNO,
essore Theologo

. Elector. Ephoro Vigi-
nerandæ Facult. Theol.
O Spectabili,
XIX. Januarii,
C. LXXXVII.

των disquisitioni
ciet
S Dünnehaupt/
Alumn. Elector.
ol. Studios.

JOHANNIS WILCKII.

